R[everen]ndi d[omi]ni fratres honorandi.

Scripseram anno superiori Ill[ustrissi]mo Car[dina]li n[ost]ro de editione breuiariorum n[ost]rorum, ut mihi perscriberet sententiam suam. Nunc responsum eius ex Rescij 18. die Decembris datum accepi. Cuius exemplum ff. v[est]ris mitto unà cum eo, quod idem rescripsit de recusatione n[ost]ra prouinciæ Gnesnen. Quod quidem non dissimile esse uidetur eius, quod est apud d. Iacobum in canonica ep[isto]la. Ite in pace: Calefacimini et saturemini. Addo etiam de iniuria Gdanensium. Non enim soleo ff. v[est]ras temere celare actiones meas, præsertim quæ communiter ad nos pertinent. Bene eæ ualeant. Heilsbergæ 5. die Martij. 1578.

fr

Mart. Cromerus

16

192

Rndis dd. Praelatis et Canonicis totiq. Capitulo eccliae cathedralis Varmiens. fratrib. honorand.

Z

1578.
die 8. Martij.
Cum commendatione [illegible]
particulo [illegible]
[illegible].